Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gratiae munera dissolue linis vincla astringe pacis fe
dera Per te sciamus da pater nosque patrem filium te utrumque
spiritum credamus omni tempore. Amen. Ad laudes ymnus
Beata nobis gaudia anni reduxit orbita cui spiritus
paracliti refulsit in discipulos Igneis imbrante
lingue linguae figura detulit verbis ut essent pleni et
caritate feruidi Linguis locutus omni turbae pauent
gentilium musto madere deputat quos spiritus repleuerat
Patratis ter mistice pasce pacto tempore sacro diem nuptiae
quo lege sit remissio Ne nisi dum prime vultu praem
ternum illapsa nobis relinquat largire dona spiritus Quidquid
sacrata pectora tua replesti gratia dimitte nunc per
tamia et da quieta tempora Sit laus patri cum filio sancto
simul paraclito nobisque mittat filius carisma sancti spiritus. A
Pange lingua gloriosi De corpore xpi ymnus
Corporis mysterium sanguinisque pretiosi quem in mundi
pretium fructus ventris generosi rex effudit gentium No
bis natus nobis datus ex intacta virgine et in mundo con
versatus sparso verbi semine sui moras incolatus miro clausit
ordine In supreme nocte cene recumbens cum fratribus obser
uata lege plene cibis in legalibus cibum turbae duodecim
se dat suis manibus Verbum caro panem verum verbo car
nem efficit fitque sanguis xpi merum et si sensus deficit
ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit Tantum
ergo sacramentum veneremur cernui et antiquum doku
mentum nouo cedat ritui prestet fides supplementum
sensuum defectui Genitori genitoque laus et iubilatio
salus honor virtus quoque sit et benedictio procedenti ab utro
que compar sit laudatio Amen Ad nocturnum ymnus